Hs. fehlt

1174 licam rem strenuŭe administravit. Tradunt de eo qui ipsum noverunt, quod optimus fuerit iudex, ecclesiis Dei valde propitius, bonis bonus, et terror eius super facientes mala. Curae sibi ~~fuerit~~ fuit semper liberare pauperem a potente et inopem, cui non erat adiutor, faciens iudicium omnibus iniuriam patientibus omnique populo terrae sine personarum acceptione. Quibus defendendis ita tradiderat cor suum, ut propter pauperes non veteretur offendere nobiles et appellabatur ~~vo~~ vulgo princeps rusticorum. Quotienscumque ~~to~~ immineret ei expeditio, cum primates sui essent hi in curribus et hi in equis, non confidebat nisi et pauperes populi secum videret, alios super equis, alios pedestres, prout cuiusque facultas fuisset. Quid mullis immemor? Omnis eius intentio, tota mens erat tueri pauperes et conservare terrae suae iura.

cf. Job. 13, 11

2. Par. 19, 7 et saepius

cf. Eccli. 39, 6

1174 Hoc anno appositus sum litteris in Cella iuxta
Nov. 1 Witzeburg[1], et hoc in festo omnium sanctorum de gratia sanctissimi viri, Godscalci Syloensis abbatis, qui capitulo rediens me propter avunculum meum, dominum Gerh(ardum), recollegit.*

~~1) 1177, Godscalcus zu 1184 (iuxta V. ) Ersichtlich, es [illegible] Januar 7 Jahre bei Gottschalk gewesen.~~

1) Vgl. hierzu Žak, MJÖG 16, 654 f.

Das Prämonstratenserkloster Oberzell am Main b. Würzburg.